Incipit prologus super libro seu ludo
schacorum de moribus et officiis nobilium
et popularium. Capitulum .i.

Multorum fratrum ordinis
mei scilicet predicatorum et di
uersorum secularium precibus per
suasus diu dudum minime
requisitum negaui: ut
transcriberem solacium lu
di schachorum regis morum ac belli hu
mani generis documentum. Sane cum illud
ad populum clamatorie predicassem mul
tisque nobilibus placuisset materia. hono
ri eorum curaui scribere et dictari. mo
nens eos ut si formam eorum menti impresserint
bellum ipsum et ludi uirtutem corde poterint fa
cilius obtinere. Hunc autem libellum de
moribus hominum et de officiis nobilium si
placet intitulare decreui. Et ut ordi
natius procedam in eo. ante ipsum opus lector
capitula proposui. ut quod in eo sequitur ple
nius elucescat. Tractatibus autem
quatuor opus ipsum lector ipse noueris esse
distinctum. Primus tractatus est de causa in
uentionis huius ludi. Capitulum primum sub
quo rege hic ludus inuentus est. Capitulum
secundum quis ludum inuenit. Capitulum tertium
de triplici causa inuentionis ludi schacorum.
Capitulum ~~quartum~~ sub quo rege etc. vacat

Capitulum primum. sub quo rege hic ludus inuentus est.

Inter omnia mala signa in
homine. vnum est quando aliquis non timet et
deum per culpam et homines offendere per in
ordinatam uitam quia non solum correctio
nes negligit sed et correctores affligit.
quemadmodum de Nerone imperatore dicitur
qui ipse Senecam magistrum suum occidit
eo quod increpationes suas ferre non po
terat. Tempore uero Euilmerodach re
gis babilonie hominis iniusti crudelis
ac lasciui qui corpus patris sui nabuco
donosor in trecentas partes diuisit
et trecentis uulturibus comedendum de
dit hic ludus inuentus est. Hic autem rex inter
alia mala unum habebat pessimum iu
dex quod correptores suos occidebat et in
crepatores oderat quod stultissimum est.
Huic similabatur pater suus. Nabuchodonosor qui
dum sompniasset et ingullasset et non recorda
retur sompnii uoluit occidere omnes sapientes
babilonis eo quod ipsum sompnium regi non
poterant indicare. Vt habetur in libro danielis
prophete. Opinantur autem aliqui hunc librum
inuentum fuisse tempore belli troiani. quod non
habet ueritatem. Nam a Caldeis ad grecos
transiuit. ut dicit grecus diomedes:

Capitulum secundum quis ludum inuenit.

Huius autem nouitatis ac ludi inuentor
extitit philosophus quidam nomine xerses
apud Caldeos uel philometor
apud grecos quod idem est apud latinos quam men
sure siue iusticie amator. Cuius hominis
fama apud grecos et athenienses intantum
claruit. ut primo modo multi probi philosophi
et sciencie amatores. hec a preceptoribus suis in
nomen accepit. Tante autem iusticie
extitit ut mori potius eligeret quam simulata
te sequens in deliciis regalibus spreta i
iusticia uitam finire. Nam cum predictus uideret
uitam regis detestabilem et neque eum culpa
re auderet propter eius crudelitatem quia in homi
sapientum necem ostenderat. Rogatu populi
neglecta uita morti se exposuit. ma
lens per iusticiam uitam finire quam ad modicum
tempus eam ducere brutis moribus infamatam
quod idem afecit. Vt dicit. Valerius ma
ximus. Theodorus cireneus ciuis affi
xus pro eo quod regem lasimacum prius obscenis
et iniustis actibus increpare ausus est.
qui cum in eculeo penderet dixit regi.

B

Theodorus